

## Sessio vicesima

Congregatio ad audiendum ambasciatorum missorum ad Petrum de luna et regem Aragonum.

### Anno a natiuitate domini M.

cccc. xvj. Inditione nona die vero Jouis. xxx. mensis Januarij. fuit celebrata congregatio generalis in maiori ecclesia Constañ. p relatione ambasciatorum missorum ad Petrum de luna in sua obedientia Benedicti. xlij. nominatum. et serenissimum principem dominum Ferdmandum Aragonum regem. et Reuerendissimum patrem dominum Jacobum archiepiscopum Turonensem. vnus de ambasciatoribus missus ex parte concilij existens in ambone vnacum collegis suis nocte proprio et ambasciatorum suorum fecit relationem ambasciate sue. Qua facta legit quosdam articulos siue capitula per serenissimum principem dominum Sigismundum Romanum. et Hungarie regem. ac ambasciatores sacri concilij ex vna. et dominos de obedientia ipsius Petri de luna Narbane concordata ex altera partibus. Quorum capitulorum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis.

Die Veneris. xij. mensis Decembris Anno domini. M. cccc. xv. Inditione. viij. in capitulo noue ecclesie Narbone. i camera magis turris noui palatii episcopalis Narbone hora secunda post meridiem. ante tertium prandium capitula sequentia per serenissimum dominum Romanum. regem et dominos legatos concilij Constantien. sic per eius obedientiam nuncupati ab vna parte. et dominos ambasciatores dominorum illustrissimorum regum et potentium aliorum dominorum principum obedientie domini Benedicti. xlij. sic etiam per eius obedientiam nuncupati ab altera per vnionem in sacra dei ecclesia consequenda concordata existerunt cum dei adiutorio modo infra scripto.

Tenor capitulorum concordatorum.

**Primo** quod convocatio fiat per prelatos ceterosque viros ecclesiasticos in dicto concilio Constañ. sic per eius obedientiam ut prefert nuncupato existentes. et congregatos de regibus et principibus predictis cardinalibus et prelatibus: ceterisque viris de obedientia dicti domini Benedicti pape. xlij. sic etiam per eius obedientiam ut prefert nuncupati que ad generale concilium debent et sunt consueti vocari per litteras oportunas